

[Ex apographo in codice Vindobonensi lat. 9737f]

TYCHO BRAHE AD IOANNEM

METELLUM.

S.

GRATISSIMUM mihi fuit, Magnifice Domine IOANNES METELLE, quod comitando Serenissimi Regem vestrum me in hac Inula invitare non gravatus es, quodque di cedens, illa ingenij exquirere itam acrimoniam redolentia Ianuæ annotâris Epigrammata, quæ a pluribus poetis ob acumen et elegantiam decripta sunt. Quod in pari aut etiam uberiore (ita enim obiter et inter aliud agendum subito concinnata erant) venâ non transiret, cuius exemplar ex timore me tibi antea misisti (ut tamen certo habeas, in alterum addidi) decorâris, rem inprimis acceptam feceris, teque ipsum in quibusdam meorum Operum Cithara Apollinea peronantem, circa ipsum Frontispicium cognoscens. Scripsi et hoc nomine Domino PETROIUNIO, deque quibusdam alijs, in quibus et tuum expeto, tui operis fuerit, unâ cum consilio, auxilium. Si illi inuper Hortulanum et Aucupem primo vere mihi procurare commodum non fuerit, ut per te officij hoc mihi præstetur, peramanter rogo. Unicum inuper a te petam, quod et ipse mihi, cum hinc scriberes, pollicebaris, ut videlicet Dominum IOANNEM CRAIGIUM Medicinæ Doctorem hancque Edenburgi facientem et Mathematicum inuper excellenter peritum, quantum in te est (est autem quamplurimum) ad potiora promovere, eiusque rei familiari, tua apud Regiam Maie iatam intercessionem, ut commode et bene degat, consulerem, in modo id hadenus oblivione quadam prætermisissimum est, ne graveris. Dignus enim es mea sententia est, qui ametur, iuvetur, promoveatur. Quamvis enim ex omnibus Europæis Mathematicis, ad quos non iam liber recundus de recentioribus Ætherei Mundi Phænomenis (quem hinc, ni fallor, vidi tibi) pervenit, is solus inventus est, qui contentis eiusdem nonnullis contradicere, mecumque de eiusdem per literas di putare attentârit, tacentibus, imo de tua opinione prorsus cedentibus, eamque revocantibus, non tris non invite sub cribendo, præcipuis peneque cunctis inter illos, quorum ego in eodem scripto Placita^{39*} [s. 308](#) sub veritatis incudem revocaveram, deviatione que aperueram et modo te taxâram. Attamen tantum abest, ut id ullo pacto in ipso moleste feram, quod etiam hoc mihi apprimè gratum est, læterque me in illo invenisisti Antagoni tam, qui aut us fuerit non tris nonnulla quocumque tandem ratiocinationis prætextu exponere. Sic enim veritas ipsa, expensis emoti que ijs, quæ in contrarium adduci a quoquam plausibiliter poterint, reetus et plenius elucecit. Quemadmodum ex Apologia nostra, quam etiam (in reete memini) hinc in pexiti, illius argumentationes affatim diluente, non ob cure liquet. Quam et magnificus Dominus IACOBUS CURTIUS, Cæsareæ Maie tatis atque Imperij Procancellarius, in literis ad me datis, quarum exemplum Domino PETROIUNIO transmissi, tum etiam alij eruditi in Germania Mathematici, libere et lubenter approbârunt. Si itaque effeceris, ut vir ille sentiat meam commendationem apud te pondus habuississe, ibique emolumento visis, non tam illi quam mihi rem plurimum acceptam exhibueris, meque tibi vel hoc nomine, utut alias de te bene mereris atagentem, aretius devinxeris. Vale, plura enim non addam, ne te gravibus et varijs administrationis publicæ munijs occupatum nimium interpellem. Iterum atque iterum quam felicissime vale. Data Uraniburgi 13. Novembris Anno 1591.

TYCHO BRAHE.